Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cum eo duo latrones: unus a dextris et unus a si-
nistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum
mouentes capita sua et dicentes. Vah qui destru-
it templum dei: et in triduo illud reædificat. Saluā
temetipsum si filius dei es de descende de cruce. Simili-
ter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et seniori-
bus dicebant. Alios saluos fecit: seipsum nō potest
saluum facere. Si rex israel es descendat nunc de cruce et
credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si vult.
Dixit enim: quia filius dei sum. Id ipsum autem qui et
latrones crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sex-
ta autem hora tenebre facte sunt super vniuersam terram vsq; ad
horam nonam. Et circa horam nonam: clamauit
ihesus voce magna dicens. Heli. heli lamasabachta-
ni. Hoc est deus meus deus meus ut quid dereliquisti
me. Quidam autem illic stantes et audientes dicebat
Heliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis
acceptam spongiam implevit aceto et imposuit arundi-
ni et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine vi-
deamus an veniat helias liberans eum. Ihesus autem
iterum clamans voce magna emisit spiritum. Et ecce ve-
lum templi scissum est in duas partes a summo vsq; de-
orsum: terra mota est: petre scisse sunt: monumenta aperta sunt: et multa co-
pora sanctorum qui dormierant resurrexerunt. Et ex
ueuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt
in ciuitatem sanctam et apparuerunt multis. Centurio
autem et qui cum eo erant custodientes ihesum viso terremotu
et his que fiebant timuerunt valde dicentes. Vere fi-
lius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multe de lō-
ge que secute erant ihesum a galilea ministrantes ei: inter